

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. P.P. ...
Ad exequias, quas Matronae ... Margaretha Siebrandts/ Viduus maestissimus Vir
... Dn. Casparus Schwartzkopff/ Civis Promarius, & Praefectus ad D. Jacobi
fidelissimus, Hodie ... paratas vult, Omnes omnium ordinum Cives Academicos
officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760222>

Druck Freier  Zugang



Redeker, H. R.,

in

M. Siebrandt,

uxor C. Schwartzkopff.

Rostock, 1667.

23

RECTOR 89.

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HEINRICUS RU- DOLPHUS Redeker/

J.U.D. P.P. Sereniss. Ducis Mechl. Consil.
& Confistorii Ducalis Assessor.

Ad exequias,

quas

Matrona Honestissima

MARGRETHÆ Siebrandts/

Viduus mæstissimus

Vir Integerrimus & Spectatissimus

DN. CASPARUS Schwartzkopff/

Civis Primarius, & Præfectus ad D.

Jacobi fidelissimus,

Hodiè hora I. in ada Jacobæ paratas vult,

Omnes omnium ordinum Cives Aca-
demicos officiose invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1667.

BR
H. H. R. C. L. S. R. I.
D. O. T. H. U. S. E. G. H. O. M. I.
L. U. D. P. S. A. C. H. E. N. S. I.
C. O. N. F. M. U. S. D. C. S. I. S. A. G. O. P.
A. M. H. O. N. D. R. I. S.
M. A. E. R. E. T. A. H.
S. E. C. H. I. D. U. G. I. A.
V. I. D. U. S. M. E. S. S. I. L. L. U. T. S.
N. A. M. S. T. R. U. M. M. A. S. S. I. B. U. L. L. U. M. M.
D. N. C. A. S. P. A. R. L. S. E. G. F. A. R. A. D. L. O. P. U. I.
C. V. I. S. E. L. I. U. S. T. I. S. E. S. P. R. I. C. G. S. S. A. D.
J. A. C. O. P. I. G. E. R. I. U. S.
H. O. C. K. Y. I. S. A. M. E. J. A. C. O. P. I. E. R. I. U. S.
C. M. U. S. O. L. U. T. H. M. O. L. Q. D. I. H. U. M. C. V. I. S. E. A. C. -
G. E. M. I. C. O. S. O. F. F. I. C. I. D. E. I. U. A. R. E.
R. O. S. T. O. C. H. I. I.
B. I. J. O. H. V. A. N. I. S. K. I. I. I. A. S. D. T. X. D. O. Z. 1. 9. 0. 2.



Salutem!



Uemadmodum nauta,
qui tempestate maris diutissimè circumactus , & immensis molestiis defatigatus est , omnibus viribus intendit , ut ad securum portum tandem deveniat . Ita homo , qui curriculum vitae , per varios casus , per varia rerum pericula , & diversas vicissitudines , diu sustinuit , tandem gradus contrahit & ad quietem se componit . Ulti enim nauta propositum sibi portum unicè exoptat , intem autem navis & ventorum impulsu , modo huc , modo illuc circumvolvitur , & per immensos fluctus ducitur , eodem etiam modo mortales omnes per momenta temporum , variis curarum fluctibus agitantur , & in diversos sàpe sinus delabuntur , quandoque etiam scopulis illiduntur , non secus atque illi , qui late longeque protenso pelago navigant , quos varii & diversi sàpe sinus , ventorum vehe-
mentis

mentiā agitatos excipiunt, variis enim & quando-
que sēvissimis tempestatibus commoventur. Idem.
in vita humana fieri adsolet, in omni enim ætate,
multis ac magnis miseriārum procellis exagitamur,
omnes, quotquot vitæ usura fruimur. In primâ
quidem infantiâ, dum mens nostra nimium quan-
tum imbecillis est, nullaque firmitate roborata, quam
facillime huc illuc flectimur, infantiam pueritia ex-
cipit, huic adolescentium fluctus succedunt, qui ve-
hementioribus, sicut Ægeum pelagus, exigitantur
concupiscentiæ illecebribus. Sæpe namque in pericu-
losissimos scopulos impulsi, illidunt; Tot autem in
medio vitæ nostræ positi sunt scopuli, ut eos, citra
naufragii periculum, vix præterire liceat, interdum
quidem Zephyri benevoli placidissimo flabro nos ad
insulas fortunatas, & caput bonæ spei adpellunt, mox
autem cursus nostri pyxis invertitur, adeoque diverso
aere rapimur, ex quo in miserias ineffabiles prolabi-
mur, ita ut calamitatum humanarum myriades nee-
numerare, minus recensere possimus. Nihil proinde,
quamdiu inter hasce mundi lymphagades versamur,
sperare possumus, aut exoptare prolixius, quam ut
ad felicitatis æternæ portum per placidam mortem,
ex hac miseriārum valle, deveniamus. Ad hunc
portum post exantlatos stupendos vitæ humanae la-
bores, & post superatas varias vitæ calamitates cir-
cumspicte etiam devenit *Fæmina benefissima MAR-*
GARETHA Siebrandes / quæ, cum maximam
humanae vitæ partem absolvisse se perciperet, solli-
cita maximè fuit de bono & beato obitu consequen-
do, eaque de causa omnes suas actiones cum in-
scriptis suis nominibus & annis suis natus & obiit
finem.

finem, ut futurae felicitatis certa placide obdor-
niret, direxit. Nata autem, ut prescriptum or-
dinem sequamur, est bac in Deo defuncta Matrona,
parentibus & virtutis & generis prestaniam clarissimis,
Patre Viro quondam Nobilissimo Amplissimo & Con-
sultissimo Domino WEINHOLDO Siebrands/
J. U. D. & Serenissimae Danorum REGINAE SO-
PHIÆ Cancellario gravissimo, Matre Fœmina Claris-
simæ, MARGARETHA Seifmers: Avum paterni
spiritus habuit Virum Integerrimum HENRICUM Sie-
brandt / Civem & cum serico negotiatorem hujus loci
celeberrimum, Aviam ejusdem loci laudat matronam bone-
stissimam Tilsche Fresen. Avus maternus fuit Vir
Amplissimus & prudentissimus MICHAEL Seif-
mar / Senator hujus Urbis Clarissimus. Avia ejus
partis memoratur fœmina sui sexus dotibus & orna-
mentis conspicua, MARGARETHA Makens. Hec
piae defuncte generis origo, bac prosapia fuit. Non ta-
men absque communi omnibus innata macula natam de-
functam parentes agnoverunt, ideoque sacro baptismi la-
vacro statim eam renasci voluerunt, sed cum paulò ma-
turius charissimo suo patre orbaretur, tanto majori ma-
tris & tutorum curâ, in omni fœminei sexus virtutum
genere sedulo educata, & in Oeconomia sacris instituta
fuit, tantumque profecit, ut ea de causâ singulari ejus
amore captus, Vir Prudentissimus Dominus FRAN-
CISCUS Schrader / Senator in hac urbe spectabilis,
eam, cum consilio tutorum anno 1631. 4. Febr. uxorem du-
xerit. Neque infelix aut sine prole, illud fuit conjugium;
siquidem sex liberis à Deo fuit benedictum, tribus nempe
filiis, totidemque filiabus; ex quibus tamen unus filius
unaque filia, in primis annis iterum exspirarunt. Qua-

tuor.

teuor vero superstites WINHOLDUS propria FRANCIS-
CUS, BARBARA & MARGARETHA conjugio elo-
caci, nepotibus satis numerosis, aviam exhibitararunt. Primus
enim illorum WINHOLDUS Schrader / ex conjugio, cum
Ornatissima foemina ELISABETHA Hagemeisters /
inito, sequentes posteros reliquit, FRANCISCUM BERN-
HARDUM, WEINHOLDUM, JOHANNEM FRI-
DERICUM, MARGARETHAM, ADELGUNDAM,
ANNAM SOPHIAM & LUCRETIAM, e quibus hec
praeiens avie mortem luget, ceteri peregrinis in locis eam
dolent. Alter natorum FRANCISCUS Schrader / qui Gu-
strovii sedem fixit, insibique cum lectissima virgine ANNA
Egger / matrimonium iniit, & unicam filiam, que etiam
avie sua obitum agre fert, progenuit. Filiarum natu major
BARBARA, Viro Amplissimo, MICHAELI Geismar
Camerario & Senatori bujus loci fidelissimo, nuptui locata,
7. filios & quatuor filias feliciter peperit, e quibus natu ma-
ximus NICOLAUS pie nuper defunctus Viri spectatissimi
JOHANNIS Schnitlers / p.m. filiam sibi sociavit, ex ea
que duos filios MICHAELEM & JOHANNEM NICO-
LAUM, in ipsa Infantia defunctos, produxit: Filia vero al-
tera septimo aetatis anno obiit; Hanc excepit URSULA
MARIA, eamque FRANCISCUS, qui itidem mature de-
functus est; Quintus ordine MICHAEL secundo aetatis sue
anno fatis concessit; WINHOLDUS quarto, FRANCIS-
CUS MICHAEL tertio a nativitate anno obierunt; Octa-
vus LAURENTIUS & sequentes nempe EUPHROSYNA
CHRISTINA, ANNA ELISABETHA & ultimus HEN-
RICHUS adhuc superstites cum suis parentibus avie obitum
acerbe lugent. Pronatū minima filia MARGARETHA, pie
defuncta generum sibi elegit Virum Spectabilem & Am-
plissimum BALTHASAR Gehrdes / Senatorē dum
viveret Clarissimum, qui duos filios, tandemque filias pro-
geniuit

genuit primus quidem natorum STEPHANUS teneberrimus
in etate mortuus est, alter vero FRANCISCUS MAR-
QUARTUS Gehrdes LL. studiosus solertissimus in-
presentiarum mærore plenus est. Filia natu maxima CA-
THARINA MARGARETHA, que corporis ob imbecilli-
tatem apie funus condonare nequit, elocata est Viro pru-
dentissimo Dno PETRO Eggers Senatori & bujus urbis so-
lertiissimo, ex quo duas filias, CATHARINAM MAR-
GARETHAM, MARIAM ELISABETHAM, nec non
unum filium PETRUM, omnes superscites & lucture repletos,
peperit. Altera, URSULA MARIA dicta, Viro Spectatissi-
mo CASPARO JOACHIMO Schrödern Zythopœo &
Civi industrio matrimonio juncta, unicâ pronecte M A R-
GARETHA CATHARINA, proaviam beatavit. Cum ve-
ro jam jam laudatus BALTHASAR Gerdes / beato dis-
cessu hunc mundum post se relinqueret & conjugium cum sua
MARGARETHA hoc modo disruptum, secundas bac
ipsa nuptias cum Viro Amplissimo & Consultissimo DN.
REINHOLDQ von Gehren / J. II. D. & Judicij Mech-
lenburgici Provincialis Advocato & Procuratore cele-
berrimo, contraxit. Cumq; illi quatuor liberos peperisset, pla-
cide & ipsa occubuit. Duo vero ex illis liberis ANNA ELISA-
BETHA & BERNHARDUS BALTHASAR in ipsa in-
santia diem suum obierunt. REINHOLDUS tertius illorum
alibi degit, AGNETAM vero feminam suavissimam.
Vir Experientissimus Dnus JAGOBUS BARTOLO-
MÆI Med. D. matrimonio sibi junxit, & ex illa filiolam
MARGARETHAM ELISABETHAM progenuit. Quan-
quam vero pie defuncta nostra matrona, cum charissimo suo
conjuge in pacatissimo & placidissimo conjugio, aliquamdiu
vixerit, ramen viro suo voto prius iuata & quatuor cum
liberis ejus obitum prosecuta fuit. Cumq; viro suo orbata quin-
quennium transgisset, ut sibi suis melius prospiceret, animo
summa

sum ad secunda vota applicuit, & Viro Integerrimo Dno
CASPARO Schwarzkopffen/Civi & Prefetto ad D. Ja-
cobis fidelissimo, qui ob grandem etatem & corporis infirmio-
tatem ultimum conjugi honorem exsolvere nequit, matrimo-
nio se locavit, & ex hocce etiam conjugio, quatuor liberos sus-
cepit; quorum JOHANNES & FRIDERICUS in teneri-
ma etate mortui; natu minimus autem BALTHASAR nomine
militia dedit; tertio natus CHRISTIANUS Schwarzkopff S. S. Theol. Stud. Clariß. præsens matris sua amantissi-
ma mortem agerrime fert. Vitam defunctæ quod attinet,
virtutibus conspicua & honestatis fuit studiosissima, morbos
tamen & miserias vita bujus etiam abunde experta est. Ulti-
ma vero agritudo eam, quatuor ante obitum septimanis pau-
lio post, cum sacra Synaxiusa fuisset, occœpit, ut decumbere coa-
ctæ fuerit, cumq; hanc ipsam indies ingravescente, neg; medi-
corum remedia, ceterum abunde adhibita, quicquam porro
operari posse, persenticeret, finem vite sua sibi instare cognovit
adeq; Redemptoris suo precibus & spiriis peccatis, totam
sese dedidit, & tandem preter lapsos. Septembr. die presentis
anni, Anno etatis 73. Mater equidem decem liberorum, Avia
27. & Proania septuplici prole, placide obdormiit.
Cum vero hodie honestissimæ hujus matronæ
exuviae terræ omnium matri mandandæ sint,
nostrum erit, honorifica nostrâ præsentia pie
defunctæ matronæ ultimum honorem exhibe-
re, ejusque corpus ad supremum suum cubile
comitari. Quod ipsum uti singuli sedulo facia-
tis, est, quod à Vobis, Cives Academicí
Omnium ordinum honoratissimi,
maxime contendô.

P.P. Rostoch. sub Sig. Acad. d. 12. Septem.


Anno 1667.



[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn774760222/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774760222/phys_0014)

DFG

sinem, ut futuræ felicitatis certa p-
niret, direxit. Nata autem, ut p-
dinem sequamur, est bac in Deo defun-
parentibus & virtutis & generis prestant
Patre Viro quondam Nobilissimo Ampli-
sultissimo Domino WEINHOLDO
J. U. D. & Serenissime Danorum
PHIÆ Cancellario gravissimo, Matre F-
simâ, MARGARETHA Seifmers:
spiritus habuit Virum Integerrimum HEN-
brandt / Civem & cum serico negotiis
celeberrimum, Aviam ejusdem loci laudat n-
suffissimam Tilsche Fresen. Avus mat
Amplissimus & prudentissimus MIC-
mar / Senator hujus Urbis Clarissimi
partis memoratur foemina sui sexus de-
mentis conspicua, MARGARETHA S-
piae defuncte generis origo, bac prosapia
men absque communi omnibus innata ma-
funtam parentes agnoverunt, ideoque sa-
vacio statim eam renasci voluerunt, sed
turius charissimo suo patre orbaretur, ta-
tris & tutorum curâ, in omni foeminei
genere sedulo educata, & in Oeconomia
fuit, tantumque profecit, ut ea de caus
amore captus, Vir Prudentissimus Do-
CISCUS Schrader / Senator in hac u-
eam, cum consilio tutorum Anno 1631. 4. Fe-
xerit. Neque infelix aut sine prole, illud f-
squidem sex liberis à Deo fuis benedictum
filii, rotidemque filiabus; ex quibus ta-
nique filia, in primis annis iterum ex-



the scale towards document